



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Theologia|| Ivridica,|| Sev Ivs Civile Theologicvm,||

Fickler, Johann Baptist

Dilingæ, 1575

VD16 F 976

Romanum Imp. decere vita[m] suam ad eas applicare leges, quas iustè
sanxerit.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-63414](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-63414)

tur accedere, quàm vt expurgatis quibusdam erroribus & iniquis quorundam statutis penitus destitutis, de cætero Ecclesia Dei plene quiete vrgeat, & secura gaudeat libertate. Sane adeò infidelium quorundam et iniustorum iniquitas abundauit, vt non dubitent contra Apostolicam disciplinam & sacros Canones statuta sua confingere contra Ecclesiasticas personas, & Ecclesia libertatem. Cùm ergò dispositione diuina fauente nihil velit Ecclesia, (quæ nihil debet nisi bonum appetere) quod nobis eodem cconursu, & eadem non placeat voluntate.

ROMANVM IMP.

DECERE VITAM SVAM AD
eas applicare leges quas iuste sanxerit.

IMP. ALEXANDER SEVERVS A. IN
l. ex imperfecto. C. de testam.

Licet lex imperij solemnibus iuris Imperatorem soluerit: nihil tamen tam proprium est imperij, quàm legibus viuere.

Princeps iuxta legem aliam latam viuere debet.

THEODOS. ET VALENTIN. IMPP.
in l. digna vox est. C. de legib. & const. princ.

Digna vox est maiestate regnantis, legibus alligatum se Principem profiteri: adeo de autoritate iuris nostra pendet autoritas, & reuera maius Imperio est, submittere legibus Principatum.

Imperio maius est Principem parere legibus.

IVSTINIAN. IMP. IN INST. QVIB.
mod. test. infirm. in fin.

Imperator legibus solutus, legibus tamen vivit.

Licet legibus soluti simus, attamen legibus vivimus.

PAVLVS IVRISC. IN L. EX IMPERIO ff. de legat. iij.

Decet Principali maiestati eas servare leges, quibus ipse solutus esse videtur.

PRINCIPEM EXORNARE CLEMENTIAM.

IVSTINIAN. IMP. IN L. IMPERIALIS, C. de nupt.

Princeps Dei exemplo clemens esse debet.

Clementia summopere decet Principem, exemplo Dei, qui pro sua benevolentia & circa genus humanum nimia clementia, quotidianis hominum peccatis semper ignoscere, & poenitentiam suscipere nostram, & ad meliorem eam statum deducere dignatur. Quod si circa nostro subiectos imperio nos etiam facere differamus, nulla venia digni esse videbimur.

IDEM IVSTIN. IN L. FIN. C. DE DONAT. INT. VIR. & VXOR.

Principem decet humanitas.

Nihil tam peculiare est imperialis maiestatis, quam humanitas, per quam sola, Dei servatur imitatio.

IDEM IN L. FIN. C. DE COMM. SERV. MANUMISS.

Princeps ut sit benignus.

Satis abundeque imperiale est humaniorem sententiam pro durioribus sequi.

IDEM

IDEM IN L. SI QVIS FILIVM C.

de inof. test.

Princeps omnes subiectos suos, vt filios & nepotes paterna affectione, & imitatione habere, & omnium commodis, quantum eius fieri potest, prospicere debet.

Princeps subditos amare debet vt patet filios.

IVSTINIAN. IMP. AVTH. VT HI QUI

obligat. hab. &c. in fr. coll. 6.

Princeps debet esse pater eorum, qui sibi auxiliari nequeunt.

Princeps pater pauperum.

THEODOS. ET VALENTINIAN. AA.

legum nouell. tit. De trigint. annor. prescript.

Boni Principis cura vel prima, vel maxima est, quietem prouincialium propitia sollicitus mente tractare, quibus quanto plus fuerit humanitatis impensum, tanto pronius amor deuotionis incumbit.

Princeps conseruare debet tranquillitatem communitatem.

FRIDERICVS I. ET HENRIC. VI. FRI-

derici F. Impp. In constit. De pace Constantia. in prin.

Imperialis clementie immensa serenitas mansueta, eam semper in subditis suis dispensationem fauoris & gratiae habere consuevit, vt quamuis districta seueritate excessuum delicta debeat & possit corrigere: magis tamen studeat propitia tranquillitate pacis & piis affectibus misericordiae imperium regere, & peccantium insolentiam ad debitam fidem, & deuotionis obsequium reuocare.

Princeps in misericordiam quam rigorem inclinatiores se debet.

F PRINCL

PRINCIPEM ROMAN. COMMENDARE LIBERALITATEM.

VALENTINIAN. ET MARTIAN. AA.

in l. priuilegia. C. De sacros. Eccles.

Princeps pauperum & Ecclesiarum alimenta cōseruare debet.

PPrinceps eius humanitatis esse debet, vt egenis prospiciat, & operam det vt pauperibus alimenta non desint, & salaria in Ecclesiis in diuersis speciebus de publico ministrentur.

IVSTINIAN. IMP. IN AVTH. DE consulib. §. spargere. Collat. 4.

Princeps non debet esse auarus.

PPrincipi aurum contemnere, præstat fortunæ fastigium.

IDEM IN L. CVM MVLT. C. de bon. quæ lib. &c.

Princeps liberalitate omnes vincere debet.

Quemadmodum imperialis fortuna omnes supereminet alias, ita oportet, & principales liberalitates culmen habere præcipuum.

IDEM IN L. FIN. IN FL. C. DE quadrien. præscript.

Magni laboris magnum præmium.

Qui suis consiliis suisq; laboribus pro toto orbe terrarum die noctuq; laborant, quare non habeant dignam sua prerogatiua fortunam?

THEODOS. ET VALENT. IN LL. nouell. De bon. decurion. &c.

Liberalitate homines Deo coniungere, iuxta illud Apostoli: hilaritatem datorem diligit Deus.

Nulla professione virtutis, nullaque re alia potius homines Deo, quam prona liberalitate iunguntur. Nam cum beneficiorum fontibus genus amplificetur humanum, Diuinam beneuo-

benevolentiam nobis credimus obligari, unde spes tota vicissitudinis expectetur.

IMPERATOREM ROM. NON DEBERE SE IMMISCERE CAUSIS ECCLESIASTICIS.

IVSTINIAN. IMP. IN AVTH. QVOM. oport. Episc. &c. in princ. cum glo. sup. ver. conferens generi.

Imperator non debet se immiscere spirituali iurisdictioni: ad quid. n. se pro Deo intromittit de spiritualib. vel Ecclesiasticis, cum sciat ad se non pertinere? glo. in §. sancimus. Auth. eod. tit.

QUANTÆ CVRÆ ET RELIGIONI MAXIMIS IMPERATORIB. CATHOLICA FIDES FVERIT.

IMPP. THEODOSIVS ET VALENTINIANUS A.A. in l. Inter ceteras: ll. nouellar. Theodosij: De Iuda. Samarit. haretic. & Paganis, tit. 2. ad Florentium P R. P.

Inter ceteras sollicitudines, quas amor publicus perugili nobis cogitatione indixit, præcipuam imperatoris maiestatis curam esse perspicimus, verè religionis indaginem, cuius si cultum tenere potueris, iter prosperitatis humanis aperimus inceptis. Quod vsu lōge

Religiōis verè indago, præcipua Principis cura esse debet.

atatis experti, piæ mentis arbitrio ad posteros
 vsque perennitatis iure fundare decreuimus,
 ceremonia sanctitatis. Quis enim tam mente
 captus, tam nouæ feritatis immanitate dam-
 natus, vt cum videat cœlum diuinæ artis im-
 perio, incredibili celeritate intra sui spatia
 metas temporū terminare: cum syderum mo-
 tum, vitæ commoda moderantem, dotatam
 messibus terram, mare liquidum, & immensi
 operis vastitatem finibus naturæ conclusam,
 tanti secreti, tantæ fabricæ non quærat autorem?
 Quid sensibus excæcatos Iudæos, Samaritas,
 Paganos, & cætera hæreticorū genera porten-
 torum audere cognoscimus? Quod si ad sani-
 tatem mentis egregiæ legum edicta reuocare
 conemur, seueritatis culpā ipsi præstabunt, qui
 duræ frōtis obstinato piaculo locum veniæ nō
 relinquunt. Quamobrē cum sententia veteri
 desperatis morbis nulla sit adhibēda curatio,
 tandem ne ferales sectę in vitam, immemores
 nostri sæculi, velut indiscreta cōfusione licen-
 tius euagentur, hac victura in omne æuum le-
 ge sancimus, Neminem Iudæum, neminem
 Samaritam, neutra lege constantem, ad hono-
 res et dignitates accedere, nulli administratione
 patere ciuilibus obsequij, nec defensoris fun-
 gi saltem officio, Nefas quippè credimus, vt
 supernæ maiestati, et Romanis legibus inimi-
 ci, vltioresq; etiam nostrarū legum surreptiuæ
 iurisdictionis habeantur obtentu, et acquisitæ
 dignitatis autoritate muniti, aduersum Chri-
 stianos

Curaturarū
 Dei admi-
 ratio

Desperatis
 morbis fru-
 stra adhibe-
 ri remedia.

Iudæos hære-
 ticos ad ho-
 nores & pub.
 officiorū ad-
 ministratiōe
 non admitti
 debere.

Hæreticos nō
 posse Iudices
 esse.

stianos, & ipsos plerunq; sacre religionis Antistites, velut insultantes fidei nostræ, iudicandi vel pronuntiandi quod velint habeant potestatem. Illud etiam pari consideratione rationis arcentes, ne qua synagoga in nouam fabricam surgat, fulciendi veteres permiffa licentia, quæ ruinâ præsentaneam minitantur. Præterea precipimus, vt quicumq; seruum seu ingentium inuitum, vel suafione flectendo ex cultu Christianæ religionis in nefandam sectam, ritumue traduxerit, cum dispendio fortunarum capite puniendum. Vt quisquis igitur vel infulas cœperit, acquisitis dignitatibus non potiatur, vel synagogam extruxerit, compendio Ecclesiæ Catholicæ se nouerit laborasse. Imò qui ad honores irrepserit, habeatur, vt antè, conditionis extremæ, etiamsi honorariam promeruerit dignitatè. Et qui synagogæ fabricam cœpit, non studio reparandi, cum damno quinquaginta librarum fraudetur ausibus suis. Cernat præterea bona sua proscrip-
tæ pœnæ mox sanguinis destinandus, qui fidem alteri expugnauit peruersa doctrina. Et quoniam decet imperatoriam maiestatem ea provisione cuncta complecti, vt in nullo lædatur publica utilitas, Curiales ciuitatum omnium, nec non cohortales onerosis, quin etiam militiæ, seu diuersis officiis facultatum, & personalium munerum obligatos, suis ordinibus, cuiuscunq; sectæ sunt, inhærere censemus, ne videamur hominibus execrandis contume-

Iudæis prohibetur synagogas ædificare.

Ne Christianos ad suum ritum seducant.

Imperatoris cura est, ne vnquam lædatur resp.

Ne præfint
carceribus
Christiano-
rum.

Fortè rectius,
pellatur.

lioso ambitu immunitatis beneficiū præstitisse, quos volum⁹ huius cōstitutionis autoritate dānari. Hac exceptione seruata, vt apparitores memoratarū sectarū, in priuatis duntaxat negotiis nullius iudicis sentētijs exequātur, nec carcerali p̄sint custodia, ne Christiani, vt fieri adsolet, nōnunquam obstrusi custodum odijs alterū carcerem patiantur, incertū an iure videātur inclusi. Hinc prospicit nostra clemētia, Paganorū quoq; & gētiles immanitates vigiliam nostrā debere sortiri, qui naturali vesania & licētia pertinaciue religionis tramite dissidētes, nefarios sacrificiorū ritus, & funestæ superstitionis errores occultis exercere quodāmodo solitudinibus designantur, nisi ad supernæ maiestatis iniuriā, & temporis nostri cōtemptrum eorū scelera professionis genere publicentur. Quos nunc promulgatarum legum mille terrores, nunc denūciati exilij pœna cōpescant, vt si emendari nō possint, mole saltem criminum & illuue victimarum discerēt abstinere. Sed p̄sus ea furoris peccat audacia, his improborū conatibus paciētia nostra pulsatur, vt si obliuisci cupiat, dissimulare nō possit. Quanquā igitur amor religionis nunq̄ possit esse securus, quanquā Paganorum demētia cūctorum suppliciorum acerbitates exposcat, lenitatis tñ memores nobis in nata, trabali iussioe decreuimus, vt qcunq; pollutis cōraminatisq; mētibus in sacrificio q̄libet in loco fuerit cōprehensus, in fortunas eius, in sanguinē ira nostra

nostra confurgat. Oportet em̄ dare nos hęc vi-
 ctimā meliōre, ara Christianitatis intacta ser-
 uata. An diutius perferimus mutari temporū
 vices, irata cœli temperie: quę Paganorū ex-
 acerbata perfidia, nescit natura libramenta ser-
 uare? Vndē em̄ ver solitam gratiam abiurauit?
 Vndē æstas messe ieiuna laboriosum agricolā
 in spē destituit aristarum? Vndē hiemis intem-
 perata ferocitas vbertatē terrarum penetrabili
 frigore sterilitatis laesione dānauit? nisi quod
 ad impietatis vindictam trāsit lege sua naturę
 decretū. Quod ne posthac sustinere cogamur,
 pacifica vitiōe, vt diximus, pianda est superni
 numinis veneranda maiestas. Superest, vt quę
 in Manichæos, Deo semp̄ offensos, quę in Eu-
 nomianos, hæreticę fatuitatis autores: quę in
 Montanistas, Phrygas, Photinos, Priscillianis-
 tas, Ascodrogos, † Hydroparastatas, Borpori-
 tas, Orphitas, innumerabilibus cōstitutionib.
 lata sunt, cessante desidia celeri executioni
 mandentur, Florenti Præfecte charissime Au-
 gustorū. Illustris igitur, & magna autoritas
 tua, cui cordi est cum diuinis tū principalibus
 adhibere iussionibus famulatum, quę insatia-
 bili catholicę religionis honore decreuimus,
 propositis excellentiæ suę solēniter edictis, in
 oīm faciat peruenire notitiā. Prouinciarum
 quoq; moderatoribus præcipiat intimari, vt et
 corū pari sollicitudine cunctis ciuitatibus, atq;
 puinciis, quę necessario sancimus, innotescāt.
 Dat. prid. Calen. Febr. Constantinop. Theod.
 A. XVII. Cos.

F 4 Hęc

◊ Hæretico-
 rum cōsue-
 tudine ipsi
 etiā elemē-
 tis iniuriā
 inferri, alibi
 censent iudē
 quoq; Imp.
 in l. Ariani.
 C. de hæret.
 & Manich.

Damnatio
 hæresum,

† Alias Tac-
 codrogitas.

*Hæc lex eleganti præmisso religionis & agnitio-
nis Dei encomio, & quæ circa eam conseruandâ Im-
peratoris partes sunt. Specialiter iubet, vt nullus lu-
deus, nullus Samaritanus ad vllū militiæ, aut admi-
nistrationis honorē possit accedere, neq; defensoris of-
ficiū vlla ratione suscipere, neq; carceris esse custodē:
ne forsitā sub specie cuiuslibet officij Christianos, vel
etiam sacerdotes sub quacunq; occasione iniuriis au-
deant fatigare, et ne inimici legis nostræ, legib; nostris
Christianos condemnare vel iudicare præsumant.
Nullam denuo audeāt extruere synagogam, sed rui-
nas tant; reparare. Et ne Christianos vel seruos vel
ingenuos audeant quacunq; persuasione in suam le-
gem trāsferre. Postremò hæc lex damnat sectas, quæ
inibi nominatim continentur insertæ.*

IMPP. GRATIANVS, VALENTINIANVS,
& Theodosius AAA. in edicto ad populum Constantino-
politano in 1. l. C. de summa trinitate & fide Ca-
tholica, & vt nemo de ea publicè
contendere audeat.

Subditos Ro-
mani Imperij
esse debere
Catholicos.

CVNCTOS populos, quos clementia nostræ re-
git imperium, in tali volumus religione
versari, quam D. Petrum Apostolū tradidisse
Romanis, religio vsq; adhuc ab ipso insinuata
declarat. quamq; Pōtificem Damasum sequi
claret, & Petrum Alexandria Episcopum, vi-
rum Apostolica sanctitatis. Hoc est, vt secun-
dum Apostolicam disciplinā, Euangelicam-
que doctrinam, Patris & Filij & Spiritus san-
cti vnam Deitatem sub pari maiestate, & sub
pia trinitate credamus. Hanc legē sequentes,
Christia-

Christianorum Catholicorum nomen iube-
mus amplecti: reliquos verò dementes vasa
nosq; iudicantes, hæretici dogmatis infamiã
sustinere, Divina primum vindicta pòstetiam
motus animi nostri, quem ex cœlesti arbitrio
sumpsimus, vitione plectendos.

Hæreticos &
huius & futu-
ri sæculi pœ-
nas incurtere.

*Theodosium Imp. hanc suæ fidei confessionem
emississe simul atque baptizatus fuerit, ab Episcopo
Thessalonicensi scribitur.*

IUSTINIANVS IMP. IN L. 5. C. D.
tit. De sum. trinit. & fid. cath. &c.

Cum recta atq; irreprehensibilis fides, quam
prædicat sancta Dei catholica & Apostoli-
ca Ecclesia, nullo modo innouationem reci-
piat, NOS SEQVENTES SANCTORVM
APOSTOLORVM, ET EORVM, QUI
POST EOS IN SANCTIS DEI EC-
CLESIIIS CONVERSATI SVNT, DO-
GMATA, iustum fore existimauimus, cun-
ctis manifestum facere, qualiter de fide, quæ in
nobis est, sentiamus, insistentes & adherentes
traditioni & confessioni sanctæ Dei Ecclesiæ
Catholicæ, &c.

Catholicam
religionē nō
admittere
innouatio-
nem.
His nota san-
ctorum pa-
trum scripta,
Apostolicis
æquiparari.

*Istius autem Imperatoris confessio Catholica suo
sequetur loco.*

IUSTINIAN. IMP. IN EDICTO DE FI-
de Catholica ad populum Constantinopolita-
num Constit. 132.

Recta fides
summum bonum.

Precipuum summumq; omnibus homini-
bus bonum esse credimus rectam veram & ir-
reprehensibilis Christianæ fidei cōfessionem,